

Ne semper servus currens, iratus senex,
 Edax¹ parasitus, sycophanta autem impudens²,
 Avarus leno, assiduè agendi sint mihi
 Clamore summo, cum labore maximo
 Meà causá, causam hanc justam esse, animum inducite³,
 Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.
 Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt seni
 Si qua laboriosa⁴ st, ad me curritur:
 Sin lenis⁵ est, ad alium defertur gregem⁶.
 In hac est pura oratio experimini
 In utramque partem⁶ ingenium quid possit meum
 Si nunquam avarè pretium statui arti meæ,
 Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
 Quàm maxumè servire vestris commodis;
 Exemplum statuite⁷ in me, ut adolescentuli
 Vobis placere studeant potius, quàm sibi.

¹ Edax, un truhan gloton. ² Sycophanta impudens, un calumniador desvergonzado. ³ Animum inducite, persuadios por amor mio. ⁴ Sin lenis, pero si es fácil de representar. ⁵ Ad alium gregem, á otra compañía de comediantes. ⁶ In utramque partem, en ambos géneros de comedias (esto es, en las estatarias y en las motorias). ⁷ Statuite, ponedme á mi por ejemplo.

plificada; la motoria es aquella en la que concurren muchas inquietudes y turbulencias, alborotos y discordias, etc.; y la mista es aquella que participa del sosiego y tranquilidad de la estataria, y del desasosiego de la motoria. Esta comedia dice el poeta que es estataria, como también lo es la Cistalaria de Plauto, motoria el Anfitrión del mismo, y mista el Eunucio

de Terencio.

Meà causá, pide el actor ó representante que se le aplique mas bien á las comedias estatarias que á las motorias, por ser él ya un pobre viejo, con quien en esta parte se debía condescender.

Ad alium gregem, llama á esta compañía rebaño por desprecio

ACTUS PRIMI

SCENA I

CHREMES. MENEDEMUS.

C. Quanquam hæc inter nos nupera notitia¹ admodum² st,
 Inde adeò² quòd agrum in proximo hic mercatus es,
 Nec rei³ fere sanè ampliùs quidquam fuit;
 Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
 Quod ego in propinquá⁴ parte amicitia puto,
 Facit, ut te audacter moneam, et familiariter;
 Quod mihi videre præter ætatem
 Facere, et præter quàm⁵ res te adhortatur tua.
 Nam, proh Deùm atque hominum fidem! quid vis tibi?
 Aut quid quæris! annos sexaginta natus es,
 Aut plus eo, ut conjicio: agrum in his regionibus
 Meliorem, neque preti majoris nemo habet:
 Servos complureis: proinde, quasi nemo siet,
 Ita tute attentè illorum officia fungere.
 Nunquam tam manè egredior, neque tam vesperi
 Domum revortor, quin te in fundo⁶ conspicer
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique
 Nullum remittis tempus, neque te⁷ respicis.
 Hæc non voluptati tibi esse, satis certò scio

INTERP. ¹ Nupera notitia, es muy reciente nuestro conocimiento, ha muy poco que nos conocemos. ² Inde adeò, que es desde que compraste. ³ Nec rei, y casi no ha habido entre nosotros mas particular trato que este. ⁴ In propinquá, lo que tengo por una cercana manera de amistad. ⁵ Et præter quàm, y aun mas de lo que pide tu hacienda. ⁶ In fundo, en tu campo. ⁷ Neque te, ni miras por tu salud..

NOTAS. Quanquam. Crèmes habla al viejo Menedemo, que estaba muy afanado en el trabajo del campo, y pretende saber de él la causa que tiene para darse mala vida, no siendo aquel trabajo ya propio de su edad. Menedemo responde que la causa

su afliccion es el habérsele escapado su hijo Clinia, á quien siente entrañablemente haber dado motivo para que se saliese de su casa por las graves reprehensiones que le daba por la demasiada familiaridad que con Antifila tenia.

At enim¹ dices : Me, quantum hic operis fiat, pœnitet
 Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
 Si sumas² in illis exercendis, plus agas.
M. Chreme, tantumne³ est ab re tuâ otii tibi,
 Aliena ut cures, eaque nihil quæ ad te atinent?
C. Homo sum : humani nihil a me alienum puto.
 Vel me monere hoc, vel percontari, puta :
 Rectum est⁴ ego ut faciam : non est? te ut deterream.
M. Mihi sic est usus⁵ : tibi ut opus facto est, face.
C. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? *M.* Mihi
C. Si quid laboris est, nollem : sed quid istuc mali est?
 Quæso, quid de te tantum meruisti? *M.* Eheu!⁷
C. Ne lacruma, atque istuc, quidquid est, fac me ut sciam.
 Ne retice : ne verere⁸ : crede, inquam, mihi,
 Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.
M. Scire hoc vis? *C.* Hac equidem causâ, quâ dixi tibi.
M. Dicetur. *C.* At istos⁹ rastros interea tamen
 Depone : ne labora. *M.* Minimè. *C.* Quam rem agis?
M. Sine me, vacivom tempus¹⁰ ne quod duim mihi
 Laboris. *C.* Non sinam, inquam. *M.* Ah ! non æquum facis.
C. Hui ! tam graves¹¹ hos, quæso? *M.* Sic meritum'st meum
C. Nunc loquere. *M.* Filium unicum adolescentulum
 Habeo : ah ! quid dixi habere me? imò habui, Chreme :
 Nunc habeam, necne, incertum'st. *C.* Quid ita istuc? *M.* Scies.
 Est e Corintho hic advena anus¹² paupercula :
 Ejus filiam ille amare cœpit perditè,

¹ *At enim*, pero me dirás : me pesa de la hacienda que aquí se hace.
² *Si sumas*, si la diligencia que pones en trabajar la empleases en ejercitarlos á ellos en el trabajo. ³ *Tantumne*, tan desocupado estás de tus cosas, etc. ⁴ *Rectum est*, para hacerlo yo tambien, si es bueno, y si no, para disuadirte de ello. ⁵ *Usus*, me conviene. ⁶ *Quid de te?* ¿qué mal tan grande has cometido contra ti? ⁷ *Eheu*, ¡ay desdichado de mí! ⁸ *Ne verere*, no tengas empacho. ⁹ *At istos*, pero entretanto deja esos rastillos, no trabajes. ¹⁰ *Vacivom tempus*, no quiero tener hora libre de trabajo. ¹¹ *Hui ! tam graves?* ¿fuego! y dime por tu vida, ¿esos rastillos tan pesados llevas? ¹² *Advena anus*, vieja forastera.

Face, en lugar de *fac* vel *facito*.
Eheu, interjeccion del que tiene
 atravesado el corazon de sentir.

Vacivom, en lugar de *vacuum*.
Duim, en vez de *dem*.

Propè jam ut pro uxore haberet : hæc clam me omnia.
 Ubi rem rescivi, cœpi non¹ humanitus,
 Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli,
 Tractare : sed vi et viâ pervolgatâ patrum.
 Quotidie accusabam : « Hem, tibi hæc diutius
 Licere speras facere, me vivo patre,
 Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco?
 Erras, si id credis, et me ignoras, Clinia.
 Ego te² meum esse dici tantisper volo,
 Dum, quod te dignum'st, facies : sed si id non facis,
 Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero
 Nullâ adeò ex re istuc sit, nisi nimio ex otio
 Ego istuc ætatis non amori operam dabam :
 Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem; atque ibi
 Simul rem, et belli gloriam armis repperi »
 Postremò adeò³ res rediit : adolescentulus
 Sæpe eadem, et graviter audiendo, victus est⁴
 Putavit me, et ætate et benevolentia
 Plus scire et providere, quàm se ipsum sibi :
 In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.
C. Quid ais? *M.* Clam me profectus, menses treis abest.
C. Ambo accusandi⁵ : etsi illud inceptum tamen
 Animi est prudentis⁶ signum, et non instrenui
M. Ubi comperi ex iis qui ei fuere conscii,
 Domum revertor mœstus, atque animo fere
 Perturbato atque incerto præ ægritudine.
 Assido, accurrunt servi, soccos detrahunt⁷ :
 Video alios festinare, lectos sternere.
 Cœnam apparare : pro se quisque sedulò
 Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam.
 Ubi video hæc, cœpi cogitare : « Hem ! tot meâ⁸

¹ *Cœpi non*, empecé á tratarle, no con benignidad, ni como venia al ánimo apasionado del jóven, sino con rigor, y por la via ordinaria de los padres (esto es, teniendo á raya á sus hijos).
² *Ego te*, yo en tanto quiero que te precies de ser mi hijo. ³ *Postremò adeò*, por último vino á parar el caso. ⁴ *Victus est*, cedió á mis reprehensiones. ⁵ *Ambo accusandi*, uno y otro sois dignos de reprehension. ⁶ *Animi prudentis*, de hombre de vergüenza y nada coarde. ⁷ *Soccos detrahunt*, quitanme los zuecos. ⁸ *Hem ! tot meâ*, ¡cómo! tantos han de estar con cuidado por solo mi respeto...

Solius solliciti sunt causâ, ut me unum¹ expleant?
 Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
 Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,
 Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
 Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea² st,
 Eum ego hinc ejeci miserum injustitiâ meâ³ !
 Malo quidem⁴ me dignum quovis deputem,
 Si id faciam; nam usque dum ille vitam illam colet
 Inopem, carens patriâ ob meas injurias,
 Interea usque illi⁵ de me supplicium dabo,
 Laborans, quærens, parcens⁶, illi serviens. ▶
 Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
 Nec vas, nec vestimentum: corras omnia⁷;
 Ancillas, servos (nisi eos, qui⁸, opere rustico
 Faciundo, facile sumptum exercerent suum)
 Omnes produxi⁹ ac vendidi: inscripsi illico⁹
 Ædeis: mercedem¹⁰ quasi talenta ad quindecim
 Coegis agrum hunc mercatus sum, hic ne exerceo¹¹.
 Decrevi¹² tantisper me minus injuriâ,
 Chreme, meo gnato facere, dum siam miser:
 Nec fas esse ullâ me voluptate hic frui,
 Nisi ubi¹³ ille huc salvus redierit meus particeps.
 C. Ingenio te esse in liberos leni puto,
 Et illum obsequentem¹⁴, si quis rectè aut commodè
 Tractaret: verùm neque tu illum satis noveras,

¹ *Me unum*, para contentarme á mi solo. ² *Injustitiâ meâ*, por mi excesivo rigor. ³ *Deputem quidem*, téngame yo por digno de cualquier castigo. ⁴ *Usque illi*, le he de dar de mi entera venganza. ⁵ *Parcens*, ahorrando, ganando para él. ⁶ *Corrasi omnia*, todo lo dejé limpio. ⁷ *Nisi eos, qui*, sino los que podían ganar su vida sin mucha costa mia trabajando en la labranza. ⁸ *Omnes produxi*, á todos los saqué á vender. ⁹ *Inscripsi illico*, puse al punto cédula de alquiler á la casa. ¹⁰ *Mercedem*, recogí de paga al pié de quince talentos. ¹¹ *Hic me exerceo*, aquí me afano. ¹² *Decrevi*, me ha parecido que es tanto menor el agravio que hago á mi hijo, etc. ¹³ *Nisi ubi*, hasta que aquel mi heredero vuelva acá salvo. ¹⁴ *Obsequentem*, y él dócil si se le tratara bien, ó como convenia...

Talenta, dos especies de talentos había, uno de plata y otro de oro. El de plata valía sesenta minas, ó doce

mil reales; y el de oro valía por diez talentos de plata, y por consiguiente ciento y veinte mil reales.

Nec te ille: hoc ibi fit, ubi non verè¹ vivitur.
 Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes²,
 Nec tibi ille st credere³ ausus, quæ est æquum patri.
 Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
 M. Ita res est: fateor, peccatum⁴ a me maximum est.
 C. Menedeme, at porro rectè spero, et illum tibi
 Salvum affuturum esse hic confido propediem.
 M. Utinam Di ita faxint! C. Facient; nunc, si commodum est⁵,
 Dionysia hic⁶ sunt hodie: apud me sis volo.
 M. Non possum. C. Cur non? quæso⁷, tandem aliquantulum
 Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
 M. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,
 Nunc me ipsum⁸ fugere. C. Siccine est⁹ sententia?
 M. Sic. C. Bene vale. M. Et tu. C. Lacrimas excussit mihi,
 Miseretque me ejus; sed, ut¹⁰ diei tempus est,
 Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
 Ad cœnam ut veniat: ibo, visam, si domi est.
 Nihil opus fuit monitore: jam dudum domi
 Præstò apud me esse aiunt: egomet convivas moror.
 Ibo adeò hinc intrò: sed quid crepuerunt fores
 Hinc a me? quisnam egreditur? huc concessero¹¹

¹ *Ubi non verè*, cuando no se vive con franqueza, cuando no hay confianza entre hijo y padre. ² *Quanti penderes*, cuánta estimación hacías de él. ³ *Credere*, confiar. ⁴ *Peccatum*, muy grande es el error que ha cometido. ⁵ *Si commodum est*, si gustas ó si tienes proporción. ⁶ *Dionysia hic*, aquí son las fiestas de Baco. ⁷ *Quæso*, por tu vida que algun tanto te vayas á la mano en el trabajo. ⁸ *Me ipsum*, que yo mismo huya del trabajo. ⁹ *Siccine est?* ¿así es tu determinación? ¹⁰ *Sed ut*, pero puesto que aun hay algo de día. ¹¹ *Huc concessero*, haréme hácia acá.

Dionysia, los Latinos las llamaban fiestas *Bacchanalia* y *Liberalia*, de *Bacchus* y *Liber* que significan lo mismo.

Monitore, los Griegos y Romanos llamaban *monitores* y *vocatores* á los

que iban en nombre de sus amos á convidar á cenar.

Convivas moror, era acción muy grosera entre los antiguos hacer esperar á los convidados...

SCENA II.

CLITIPHO CHREMES.

CL. Nihil adhuc¹ est quod vereare, Clinia : haudquaquam etiam cessant,

Et illam simul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie scio. Proin tu sollicitudinem istam falsam, quæ te exerceat, mittas.

CH. Quicum loquitur filius?

CL. Pater adest, quem volui adibo. Pater, opportunè advenis.

CH. Quid id est? CL. Hunc Menedemum nostin' nostrum vicinum? CH. Probè.

CL. Huic filium scis esse? CH. Audivi esse in Asià. CL. Non est, pater :

Apud nos est. CH. Quid ais? CL. Advenientem, e navi egredientem, illico

Adduxi ad cœnam : nam mihi magna cum eo jam inde usque a pueritiâ

Semper fuit familiaritas. CH. Voluptatem² magnam nuntias : Quàm vellem³ Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie, amplius,

Ut hanc lætitiâ nec opinanti primus ei objicerem domi!

Atque etiam nunc tempus est CL. Cave faxis; non opus est, pater

CH. Quapropter? CL. Quia enim incertum'st etiam quid se faciat : modò venit :

Timet omnia, patris iram, et animum amicæ se erga ut sit suæ.

Eam miserè amat : propter eam hæc turba⁴ atque abitio evenit. CH. Sio.

¹ Nihil adhuc, nada tienes aun de que recelarte, Clinia, que todavía no se detienen mucho. ² Voluptatem, me das una noticia muy gustosa. ³ Quàm vellem, cuánto quisiera haber convidado á Menedemo con mas instancia. ⁴ Hæc turba, este alboroto y ausencia.

Nihil adhuc est, estas palabras se las dice Clitifo a Clinia al tiempo de salir á la escena á hablar con el viejo Crêmes. Porque Clinia, como acababa de llegar de Asia, andaba muy sollicito de ver á Antifila, que al marcharse

había dejado en Atenas. Da cuenta Clitifo á Crêmes su padre de la venida de Clinia. Crêmes prescribe á su hijo el modo de vivir, tomando el ejemplo que mas provechoso le sea.

CL. Nunc servolum ad eam in urbem misit, et ego nostrum unâ Syrum.

CH. Quid narrat? CL. Quid ille? se miserum esse. CH. Miserum? quem minùs¹ credere'st?

Quid reliqui² est, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona,

Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias?

Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet Qui uti scit, ei bona : illi, qui non utitur rectè, mala.

CL. Imò ille fuit senex importunus semper : et nunc nihil magis

Vereor³, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit, pater.

CH. Illene? sed reprimam⁴ me : nam in metu esse hunc illi est utile.

CL. Quid tute⁵ tecum? CH. Dicam : ut ut erat⁶, mansum tamen oportuit

Fortasse aliquantò iniquior erat⁷, præter ejus lubidinem :

Pateretur : nam quem ferret, si parentem non ferretsuum?

Hunc cœne erat æquom ex illius moro⁸, an illum ex hujus vivere?

Et quod⁹ illum insimulat durum, id non est; nam¹⁰ parentum injuriæ

Hujusmodi sunt ferme, paulò qui est homo tolerabilis :

¹ Quem minùs? ¿quién es de creer que lo es ménos? ² Quid reliqui? ¿qué cosa queda que no tenga? ³ Vereor, nada temo mas que el que su padre con la cólera haga contra él algun exceso. ⁴ Sed reprimam, pero me contendré en hablar. ⁵ Quid tute? ¿qué dices tú para contigo? ⁶ Ut ut erat, fuese como fuese (esto es, por mas terrible que fuese el padre de Clinia), era muy puesto en razon que su hijo se hubiese quedado en casa. ⁷ Fortasse erat, era quizas algun tanto fuerte de genio, no dejándole salir con su gusto. ⁸ Ex illius more, á voluntad del padre. ⁹ Et quod, y en lo que se queja de su dureza de condicion, no tiene razon. ¹⁰ Nam, porque los agravios de los padres se reducen, en el que no es muy severo, á que no ande entre amigas con frecuencia, ni continuamente en convites, dan tasadamente el gasto...

Sed reprimam, esto no dice aparte el viejo Crêmes para que su hijo no lo oiga.

Si parentem, moral excelente dictada por la naturaleza.

Scortari crebrò nolunt crebrò convivariet :
Præbent exiguè sumptum : et ea sunt tamen ad virtutem omnia.
Verùm ubi¹ animus semel se cupiditate devinxit malâ,
Necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia. Hoc
Scitum est, periculum² ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.
CL. Ita credo. CH. Ego ibo hinc intrò, ut videam nobis quid
cœnæ siet.
Tu, ut tempus³ est diei, videsis⁴, ne quò hinc abeas longius.

¹Verùm ubi, pero una vez que el ánimo se dejó arrastrar de una siniestra pasión. ²Periculum, escarmentar en cabeza ajena, de manera que te aproveche. ³Ut tempus, aunque todavía es de día. ⁴Videsis, mira por tu vida.

ACTUS SECUNDI

SCENA I.

CLITIPHO.

Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices!
Qui æquom esse cenent nos jam a pueris illico nasci senes,
Neque illarum affines esse¹ rerum, quas fert adolescentia.
Ex suâ² libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit
Mihî si unquam filius erit, næ ille³ facili me utetur patre :

¹Neque esse, y que no participemos de aquellas cosas. ²Ex suâ, todo lo gobiernan conforme al capricho que ahora tienen, no al que tuvieron. ³Næ ille, ciertamente experimentará en mí un benigno

Quàm iniqui iudices, en este monólogo ó soliloquio se queja Clitipho del consejo de su padre; pero sin razón, pues el tal jóven no da á entender una conducta arreglada. Es cierto que son injustos jueces los padres que quieren que los jóvenes tengan las virtudes que son propias de la vejez, pero mas injustos son los jóvenes que piensan deben sus padres y

maestros condescender y fomentar sus vicios y desarreglos.

Næ ille, con esta expresion da á entender Clitipho el poco aprecio que hace de los consejos de su padre, diciendo son para él como los cuentos que se cuentan á los sordos, siendo la peor sordera la de un hijo que no quiere dar oídos á los consejos y exhortaciones de su padre.

Nam et cognoscendi, et ignoscendi dabitur peccati locus :
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perii¹ is mihi, ubi adhibet plus paulò, sua quæ narrat facinora!
Nunc ait : « Periculum ex aliis facito, ubi quid ex usu siet. »
Astutus² ! næ ille³ haud scit, quam mihi nunc surdo narret
fabulam :
Magis nunc me amicæ dicta stimulant : « Da mihi, atque adfer mihi. »
Cui quid respondeam nihil habeo, neque me quisquam est miserior
Nam hic Clinia, et si is quoque suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudicè eductam⁴, ignaram artis meretriciæ ;
Mea est potens⁵, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.
Tum, quod dem ei, rectè est⁶ : nam nihil esse mihi, religio⁷
est dicere.
Hoc ego malè non pridem inveni : neque etiam dum sit pater.

padre. ¹Perii triste de mí! ²Astutus! (ironia), necio! ³Næ ille; por cierto que no sabe él, como el decirme eso ahora es contar un cuento á un sordo. ⁴Bene eductam, criada bien y honestamente. ⁵Potens, la mia es gran señora, atrevida, de rompe y rasga, gastadora, de mucho fausto. ⁶Rectè est, nada tengo. ⁷Religio, però tengo miedo de decir.

Rectè est, los antiguos decían rectè los Latinos el mismo significado que por nihil, en señal de buen agüero. metus.
Religio, esta palabra tiene entre

SCENA II

CLINIA. CLITIPHO

CLIN. Si mihi secundæ res¹ de amore meo essent, jam dudum, scio,

¹Si res, si las cosas de mi amor me saliesen bien...

Si mihi, Clinia está impaciente por no haber visto á Autifila : sospecha que la han echado á perder.

Venissent : sed vereor, ne mulier, me absente hinc, corrupta sit.

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum¹ exaugeant. Locus, occasio, ætas, mater, cuius sub imperio est, mala :

Cui nihil jam præter pretium dulce est. *CLIT.* Clinia. *CLIN.* Hei misero mihi!

CLIT. Etiam caves, ne videat fortè hinc te a patre aliquis exiens?

CLIN. Faciam : sed nescio quid profectò mihi animus præ-sagit mali.

CLIT. Pergin'² istuc prius dijudicare, quàm scias quid veri siet?

CLIN. Si nihil mali esset, jam hic adessent. *CLIT.* jam aderunt. *CLIN.* Quando istuc erit?

CLIT. Non cogitas hinc longulè esse? et nõsti mores mulierum.

Dum moliantur³, dum comuntur, annus est. *CLIN.* O Clitipho, Timeo. *CLIT.* Respira⁴ eccum Dromonem⁵ cum Syro, unã adsunt tibi.

¹ *Animum*, que me hacen acrecentar esta sospecha. ² *Pergin'*? por qué juzgas antes de saber la verdad? ³ *Dum moliantur*, mientras se adornan y atavian se pasa un año. ⁴ *Respira*, vuelve en tí. ⁵ *Eccum Dromonem*, hé aquí á Dromon

SCENA III.

SYRUS, DROMO, *servi.* CLINIA. CLITIPHO

Ain'tu?¹ *D.* Sic est. *SY.* Verùm interea dum sermones cædimus²,

Illæ sunt relictæ. *CLIT.* Mulier tibi adest : aud'in' Clinia?

¹ *Ain'tu*, ¿hablas de véras? ² *Dum sermones cædimus*, mientras nosotros venimos hablando.

Ain'tu, en esta escena comienzan entre sí á hablar los criados, y Clinia y Clitipho aparte sobre lo que aquellos decian, y se desvanece la sospecha de Clinia de que Antifila habria sido vi-ciada, la cual sospecha se aumenta

con haber traído el esclavo la amiga de Clitipho.

Dum sermones, esta frase está tomada de los Griegos, la cual decian de aquel que hablaba mucho.

CLIN. Ego verò audio nunc demum, et video, et valeo¹, Clitipho.

D. Minimè mirum : adeò impeditæ sunt : ancillarum² gregem Ducunt secum. *CLIN.* Perii! unde illi sunt ancillæ? *CLIT.* Men' rogas?

S. Non oportuit relictas : portant quid³ rerum! *CLIN.* Hei mihi!

S. Aurum, vestem : et vesperascit et non noverunt viam. Factum a nobis stultè est : abi dum⁴ tu, Dromo, illis obviam ; Propera : quid stas? *CLIN.* Væ misero mihi, quantã de spe decidi!

CLIT. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? *CLIN.* Rogitas quid siet?

Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam ego cum unã ancillulã

Hic reliqui : unde ea esse censes? *CLIT.* Vah! nunc demum intelligo.

S. Di boni quid turbæ est? ædes nostræ vix capient, scio. Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius? Sed video eccos quos volebam. *CLIN.* O Jupiter? ubinam est fides?

Dum ego propter te, errans; patriã careo demens, tu interea loci⁵

Conlocupietãsti te, Antiphila : et me in his deseruisti malis : Propter quam in summã infamiã sum, et meo patri minùs obsequens :

Cujus nunc pudet me et miseret, qui harum mores cantabat mihi,

Monuisse frustra ; nequè potuisse unquam ab hac me expellere.

Quod tamen nunc faciam : tum, cum gratum mihi esse potuit, nolui⁶ :

Nemo est miserior me. *S.* Hic de nostris verbis errat videlicet,

¹ *Et valeo*, y no tengo novedad (esto es, esloy sin temor). ² *Ancillarum*, una cáfila de criadas. ³ *P portant quid!* ¡cuántas cosas traen! ⁴ *Abi dum*, vé pronto á encontrarte con ellas. ⁵ *Interea loci*, entretanto. ⁶ *Trm nolui*, no quise entõnces, cuando me pudo traer cuenta hacerlo.

Quid rerum, nótese este modo de hablar que tenian los Latinos, usando del genitivo cuando querian significar la abundancia ó aprecio de alguna

cosa, como cuando el mismo Terencio dice en el Andria : *Di boni, boni quid porto!*

Quæ hîc sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis :

Nam et vita est eadem et animus te erga idem ac fuit, Quantum ex ipsâ re conjecturam fecimus.

CLIN. Quid est, obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est.

Quod malim, quàm me hoc falsò suspicari.

S. Hoc primum, ut ne quid hujus rerum ignores : anus,

Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit :

Ea obiit mortem. Hoc ipsa in itinere alteræ¹

Dum narrat, fortè audiui. CLIT. Quænam est altera?

S. Mane²; hoc, quod cœpi, primum enarrem, Clitipho :

Post istuc veniam. CLIT. Propera. S. Jam primum omnium,

Ubi ventum ad ædeis est, Dromo pultat fores³ :

Anus quædam prodit; hæc ubi aperuit ostium,

Continuò hic⁴ se coniecit intrò : ego consequor :

Anus foribus obdit pessulum⁵, ad lanam redit

Hic sciri potuit aut nusquam alibi, Clinia,

Quo studio vitam suam, te absente, exegerit,

Ubi de improvise est interventum⁶ mulieri.

Nam ea res dedit tum⁷ existumandi copiam

Quotidianæ vitæ consuetudinem :

Quæ, cujusque ingenium ut sit, declarat maxumè

Textentem telam studiosè⁸ ipsam offendimus⁹,

Mediocritèr vestitam veste lugubri,

Ejus anuis¹⁰ causâ, opinor, quæ erat mortua :

Sine auro; tum ornatam ita uti quæ ornantur sibi,

Nullâ malâ re¹¹ esse expolitam muliebri :

¹ Alteræ, á la otra. ² Mane, déjame contar primero esto que he comenzado. ³ Pultat fores, llama á la puerta. ⁴ Continuò hic, al punto se metió este allá dentro : yo voy tras de él. ⁵ Obdit, pessulum, echa el pestillo, y vuelve á hilar. ⁶ Ubi interventum, cuando la cogimos de repente, de manos á boca. ⁷ Dedit tum, nos dió ocasion de juzgar de su ordinario modo de vivir. ⁸ Studiosè, con mucha curiosidad. ⁹ Ipsam offendimus, la encontramos á ella misma. ¹⁰ Ejus anuis, creo que por aquella vieja. ¹¹ Nullâ malâ re, estaba sin ningun afeito mujerl, el cabello suelto, tendido, rodeado á la cabeza, al desgaire

Alteræ, voz antigua de alteri.
Pultat, por pulsat.

Anuis, genitivo en vez de anús.

Capillus passus, prolixus, circum caput

Rejectus negligenter : pax¹ ! CLIN. Syre mi, obsecro

Ne me in lætitiã frustra conjicias. S. Anus²

Subtegmen nebat : præterea una ancillula

Erat : ea texebat unâ³, pannis obsita⁴,

Neglecta, immunda illuvie. CLIT. Si hæc sunt, Clinia,

Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?

Scin' tu hæc, quam dicit sordidatam et sordidam⁵?

Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxam,

Cum ejus tam negliguntur⁶ internuntii.

Nam disciplina est eisdem, munerarier

Ancillas primum, ad dominas qui affectant⁷ viam.

CLIN. Perge, obsecro te, et cave, ne falsam gratiam

Studeas⁸ inire : quid ait, ubi me nominas?

S. Ubi dicimus redisse te, et rogare, uti

Veniret ad te, mulier telam deserit

Continuò, et lacrymis opplet os totum sibi

Ut faciliè scires desiderio id fieri tuo.

CLIN. Præ gaudio, ita me Di ament, ubi sim nescio

Ita timui. CLIT. At ego⁹ nihil esse scibam, Clinia.

Agedum vicissim, Syre, dic, quæ illa est altera?

S. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. Hem! quid Bacchi-

dem?

Eho, sceleste, quò illam adducis? S. Quò ego illam? ad nos

scilicet.

CLIT. Ad patremne? S. Ad eum ipsum. CLIT. O hominis

impudentem audaciam!

S. Heus tu¹⁰ : non fit sine periclo facinus magnum et memo-

rabile

¹ Pax! no hay que temer. ² Anus, la vieja hilaba trama. ³ Unâ, juntamente con ella. ⁴ Pannis obsita, llena de harapos, puerca, zarrapastrosa. ⁵ Sordidam, asquerosa y sucia. ⁶ Tam negliguntur, cuando tienen tan mal traje los que traen y llevan los recados. ⁷ Qui affectant, los que quieren tener entrada con las amas, es regla ordinaria regalar ántes, etc. ⁸ Ne studeas, no quieras ganar falsas albricias. ⁹ At ego, bien sabia yo que no habia que temer. ¹⁰ Heus tu, no se hace sin riesgo una fechoria de marca mayor, y digna de que se hable de ella...

Pax, esta es una interjeccion griega, que sirve para interrumpir la conversacion de otro, ó para impe-

nerle silencio, ó á si mismo el que habla, dando á entender que basta con lo dicho

CLIT. Hoc vide : in meâ vitâ ¹ tu tibi laudem is quæsitum, scelus!

Ubi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim
Quid illa facias? *S.* At enim ². *CLIT.* Quid ³ enim? *S.* ⁴ sinas, dicam. *CLIN.* Sine.

CLIT. Sino. *S.* Ita res ⁵ est, hæc nunc quasi cum... *CLIT.*
Quas, malum ⁶, ambages mihi
Narrare occipit? *CLIN.* Syre, verum hic dicit, mitte ⁷ : ad rem redi.

S. Enimvero reticere nequeo : multimodis ⁸ injurius
Clitipho es, neque ferri potis es. *CLIN.* Audiendum herele est : tace.

S. Vis amare, vis potiri, vis, quod des illi, effici ⁹ :
Tuum esse in potiundo periculum non vis : haud stultè ¹⁰ sapias,
Si quidem ¹¹ id sapere est, velle te id, quod non potest contingere.

Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.

Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide
Etsi consilium, quod cepi, rectum esse et tutum scio.
Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est :
Tum quod illi argentum es pollicitus, eâdem hac inveniam viâ :
Quod ut efficerem, orando surdas jam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? *CLIT.* Siquidem hoc fit. *S.* Siquidem?
experiundo scies.

CLIT. Age, age, cedo istuc tuum consilium, quid id est?
S. Assimulabimus.

Tuam amicam hujus esse *CLIT.* Pulchrè ¹²! cedo, quid hic faciet suâ?

¹ *In meâ vitâ* (id est, contra meam vitam), á riesgo de mi vida, malvado, vas tú á ganar honra, en donde al menor descuido que tengas, quedaré yo perdido. ² *At enim*, sí, pero. ³ *Quid*, ¿qué pero?... ⁴ *Si*, déjame hablar. ⁵ *Ita res*, ello es como digo está... ahora... como... con. ⁶ *Quas, malum?* ¿qué diantres de rodeos empieza ahora á contarme? ⁷ *Mitte*, déjate de rodeos; vamos al asunto. ⁸ *Multimodis*, por muchos caminos quieres enfadarme. y no hay quien te sufra. ⁹ *Vis effici*, quieres que se agencie para regalarla. ¹⁰ *Haud stultè*, no eres tonto; si es ser discreto querer, etc. ¹¹ *Si quidem*, ya... con tal que hagas esto... ¿Con tal que haga esto? por la experiencia lo sabrás. ¹² *Pulchrè*, muy bien: dime ¿qué hará este de la suya? por ventura diremos que también es de él...

An ea quoque dicetur hujus, si una hæc dedecori est parum?
S. Imò, ad tuam matrem deducetur, *CLIT.* Quid eo? *S.* Longum est, Clitipho,

Si tibi narrem, quamobrem id faciam; vera causa est. *CLIT.* Fabulæ!

Nihil satis firmi ¹ video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.

S. Mane ² : habeo aliud, si istud metus, quod ambo confiteamini.

Sine periculo esse. *LIT.* Hujusmodi ³, obsecro, aliquid reperi.

S. Maxumè ⁴.

Ibo obviam hinc: dicam, ut revortantur domum. *CLIT.* Hem! Quid dixti? *S.* Ademptum tibi jam faxo omnem metum,

In aurem utramvis otiosè ut dormias ⁵.
CLIT. Quid ago nunc? *CLIN.* Tunc? quod bon. ⁶ est. *CLIT.* Syre, dic modò

Verum. *S.* Age modò ⁷ : hodie serò ac nequidquam voles

CLIT. Syre, inquam, *S.* Perge porro ⁸ tamen istuc ago.

CLIT. Verum herele istuc est : Syre, Syre, inquam, heus, heus, Syre!

S. Concaluit ⁹ : quid vis? *CLIT.* Redi, redi. *S.* Adsum, dic, quid est?

Jam hoc quoque negabis tibi placere! *CLIT.* Imò, Syre, Et me, et meum amorem, et famam permitto tibi.

¹ *Nihil satis firmi*, no hallo un motivo sólido por el que me venga exponerme á este riesgo. ² *Mane*, espera: tengo otro medio. ³ *Hujusmodi*, discurre por tu vida una cosa así.... ⁴ *Maxumè*, mucho que la discurrirè. Saldré á su encuentro. ⁵ *Ut dormias*, para que duermas sin miedo á pierna suelta. ⁶ *Quod boni est*, lo que conviene: una bagatela. ⁷ *Age modò*, haz ahora lo que te digo: para ti hoy será tarde, y en vano será quererla despues. ⁸ *Perge porro*, sigue, no te canses, que hoy esto. ⁹ *Concaluit*, le picó (esto lo dice aparte Siro).

Quod boni, hemos traducido esta expresion literalmente, y atendido al sentido. La palabra *bagatela* quiere decir: *ahi es nada*, una *frivola*. Nuestra lengua es riquísima de expresiones agudas y vivisimas para el dialogismo festivo y chistoso, y el que no supiere este estilo mediano po-

pular, y por otra parte no se revisiere de los caracteres de los personajes, no podrá traducir las gracias y sales que contiene esta escena, la cual está animada de un vivísimo dialogismo, que expresa las costumbres é intereses de los que la componen.

Tu es iudex : ne quid accusandus sis, vide.
 S. Ridiculum est istuc me admonere, Clitipho,
 Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua.
 Hic si quid nobis fortè advorsi evenerit,
 Tibi erunt parata verba ¹; huic homini verbera.
 Quapropter neutiquam hæc res neglectu est mihi;
 Sed istum exora, ut suam esse adsimulet. *CLIN.* Scilicet
 Facturum me esse; in eum jam res rediit locum,
 Ut sit necesse. *CLIT.* Meritò te amo, Clinia.
CLIN. Verum illa ne quid titubet. S. Perdocta est ² probè.
 Sed, heus, tu, vide sis, ne quid imprudens ruas ³.
 Patrem novisti ad has res quàm sit perspicax:
 Ego te autem novi, quàm esse soleas impotens ⁴.
 Inversa verba, eversas cervices tuas,
 Gemitus, screatus, tusseis, risus abstine.
CLIT. Laudabis. S. Vide sis. *CLIT.* Tutemet mirabere.
 S. Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres ⁵!
CLIT. Scio, apud patrem: at nunc interim... S. Nihilo magis.
CLIT. Sine. S. Non sinam, inquam. *CLIT.* Quæso paulisper.
 S. Veto.
CLIT. Saltem salutare. S. Abeas, si sapis. *CLIT.* Eo.
 Quid istic? S. Manebit. *CLIT.* O hominem felicem! S. Ambula.

¹Verba parata, para ti habrá un buen sermón, y para esta personita una zurrribanda de azotes. (Aquí hay una paranomasia que no puede expresarse en castellano.) ²Perdocta est, está bien instruida. ³Imprudens ruas, no te precipites en alguna cosa sin querer. ⁴Quàm impotens soleas, qué desapoderado sueles ser. Absteñete de equivoquillos, de meneos de cabeza, suspiros, gargajillos, toses y risitas. ⁵Mulieres consecutæ, nos han alcanzado las mujeres.

Screatus, es propiamente la acción de mondar el pecho cuando la linfa impide hablar claramente. Hemos traducido gargajillo, porque en castellano no tenemos palabra que denote

esta acción.

Veto, habiendo dicho Clitipho arriba: tu es iudex, Siro, haciendo de juez y tribuno, dice: Veto. Véase en los Ritos Tribuno.

ACTUS TERTII

SCENA I

CHREMES. MENEDEMUS.

C. Lucescit hoc jam ¹: cesso pultare ² ostium
 Vicini? primum ex me ut sciat sibi filium
 Redisse: etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
 Verum cum videam miserum hunc tam excruciarier ³
 Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
 Cum illi nihil pericli ex indicio siet?
 Haud faciam: nam, quod potero, adjutabo senem,
 Ita ut filium meum amico atque æquali suo
 Video inservire, et socium esse in negotiis;
 Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
 M. Aut ego profectò ingenio egregio ad miserias
 Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio
 Dici, diem adimere ⁴ ægritudinem hominibus;
 Nam mihi quidem quotidie augetur magis
 De filio ægritudo et quanto diutius
 Abest, magis cupio tantò, et magis desidero.
 C. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
 Menedeme, salve: nuntium adporto tibi,
 Cujus maxumè te fieri participem cupis.
 M. Num quidnam de gnato meo audisti, Chreme?
 C. Valet, atque vivit. M. Ubinam est, quæso? C. Apud me,
 domi.
 M. Meus gnatus? C. Sic est. M. Venit? C. Certè. M. Clinia
 Meus venit? C. Dixi M. Eamus, duc me ad eum, obsecro.

¹Lucescit hoc jam, ya va amaneciendo. ²Cesso pultare? ¿y me detengo en llamar á la puerta del vecino? ³Tam excruciarier, en tanto grado se aflige. ⁴Diem adimere, que el tiempo quita las pesadumbres á los hombres...

Cesso pultare ostium. Va Crèmes de mañana á dar noticia á Menedemo de como ya ha vuelto su hijo de Asia, de lo cual Menedemo se alegra en gran manera, y piensa condescender

mas en adelante con su hijo, de la cual le disuade Crèmes.
 Excruciarier, en lugar de excruciar.